Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8336
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



dicitur tuo: tu autem et filius tuus uuuite de reliquo. S. Mathm.
Illo tempore. Respiciens ihs discipulos suos: dixit simoni petro.
Si peccauerit in te frater tuus: uade et corripe eum inter te et ipsum solum. Si te audierit: lucratus eris fratrem tuum. Si autem te
non audierit. adhibe tecum adhuc unum uel duos: ut in ore
duorum uel trium testium stet omne uerbum. Quod si non audierit
eos: dic ecclie. Si autem ecclam non audierit: sit tibi sicut ethn
icus et publicanus. Amen dico uobis: quecumque alligaueritis
super terram. erunt ligata et in celo. Et quecumque solueritis super
terram: erunt soluta et in celo. Iterum dico uobis: quia si duo ex
uobis consenserint super terram de omni re quamcumque petierint:
fiet illis a patre meo qui in celis est. Ubi enim sunt duo uel tres con
gregati in nomine meo. ibi sum in medio eorum. Tunc accedens petrus
ad eum dixit. Domine: quotiens peccauerit in me frater meus et dimittam
illi: usque septies? Dicit illi ihs. non dico tibi usque septies:
sed usque septuagies septies. Fer. iiii. l. l. exodi.
Hec dicit dns ds. Honora patrem tuum et matrem tuam:
ut sis longeuus super terram. quam dns ds tuus dabit
tibi. non occides: non mechaberis: non furtum facies: non loqris
contra proximum tuum falsum testimonium: non concupisces domum
proximi tui. nec desiderabis uxorem eius: non seruum: non ancillam:
non bouem: non asinum: nec omnia que illius sunt. Cunctus autem
populus uidebat uoces et lampades. et sonitum buccine mon
temque fumantem: et pre timore ac pauore concussi steterunt
procul dicentes moysi. Loquere tu nobis: et audiemus. non
loquatur nobis dns: ne forte moriamur. Et ait moyses
ad plm. nolite timere: Ut enim probaret uos uenit ds: et
ut timor illius esset in uobis: et non peccaretis. Stetitque pls de
longe: moyses autem accessit ad caliginem in qua erat ds. Di
xitque preterea dominus ad moysen. Hec dices ad filios isrl.
Vos uidistis quod de celo locutus sum uobis: non facietis